

halationis longitudines per partes exiguas et frequentes, æqualisq; latitudinis ac magnitudinis sparsæ fuerint, stellæ fiunt, quæ uidentur prospicere. Ac interdum quidem exhalatione, motu succensa, oriuntur, interdum aere, qui frigore cogitur, quod calidum est, extrudente atq; excernente. Quo fit, ut iaculationis potius earum motio speciem habeat, quam accensio.

VATA. Talis igitur constitutio: cū a circulari motu aliquo pacto agitata fuerit: qua potissimum parte ardori conpaciendo idonea accommodataque est: eatenus succenditur. Successionis itaq; positi aut multitudinis: discrimen obuolare solet. Nam si longitudinem latitudinemque habeat successio sæpius uideatur flamma collucens: propemodum ita ut in aruis sit succellis calamis. Sin aut longitudinem duntaxat habeat: tū sunt quos uocant torres: nec non capræ & vagæ utcuque stellæ. Atque si in longitudinem magis q̄ in latitudinem successio porrigitur: tū qualdā uelut scintillas dispere uideatur & interim ardet: quod quidem ideo cōtinuit quia minutatim quidem sed priore parte ignē obiter excipit. i. quod capra nominatur. cū uero hac affectione caret: torris. Sin uero exhalationis longitudo in multas simul & exiguas partes disseminata sit: & latitudo atque crassitudo se cōsimiliter habeat: tū sunt quæ creduntur vulgo vagari stellæ. Interdum igitur exhalatio: motionis opera desagrassæ: ipsa gignit. Interdum ab aere ob refrigerationem consistente: calidum secerit extruditurque. Vnde et fit: ut eorum delatio projectioni magis q̄ incensio assimiletur.

ANTI. Quæcūque igitur se habet maxime optime talis cōsistentia: quando a circulatione mota fuerit aliquatiter exurit. Differat autem fm hypercaumatis positionem aut multitudinem. Siquidem n. latitudinē habent & longitudinem hypercaumata multoties uidentur accensa sicut flamma uelut in aerea ardentis stipulae. Si autem fm longitudinem solum uocati dantur & eges: & sidera: aut siquidem plus hypercauma fuerit. Si autem fm lōgitudinem & latitudinem qn̄ quidem quasi ex scintilla simul combustū, hoc aut fit propter igniri fm modica quidem, ad principitū aut eges uocatur: qn̄ autē sine hac passione dalus: qn̄ uero longitudo exhalationis permodica & multipliciter dispersæ fuerint: & similiter fm latitudinem & profunditatem: sidera putata uolare fiunt. Aliqn̄ quidem igitur a motu exhalatio exusta generat ipsa: aliquando autem sub frigore consistēte aere: extruditur & segregatur calidum: propter quod & lauo ipsorum assimilatur magis projectioni. sed non exustioni.

Asignat differētiam prædictarum passionum ostendēs quo sit accipienda differentia earum & dicit q̄ ex qua parte se habet prædicta materia quocūq; se habeat consistētia. i. prædicta materia, incensio optime disposita ad hoc q̄ igniatur, tali modo exurit, qn̄ fuerit mota per calefactionem a circulari motu coeli, & differat passio exiguita fm̄ positionem prædictæ materię & multitudinem. Si enim prædicta materia habeat magnam longitudinem & latitudinem, uideatur esse quædam flamma accensa in celo, sicut cum stipula ardet in aerea. Si uero non habeant multum in latitudine sed solum in longitudine, generantur & apparent illic dali. i. tiones, & eges. i. capræ, & sidera discurrentia. q̄ si prædicta materia fuerit plus fm̄ longitudinem q̄ latitudinem, & qn̄ simul dum comburitur ignis scintillat. i. ut sa lire & discurrere quasi eges. i. sicut capræ: quod quidem fit propter hoc q̄ incipit igniri non tota materia simul sed secundum aliquas paruas partes, incipientes ex aliquo principio illius materię, qn̄ in q̄ hoc fit tunc uocantur eges. i. capræ, sed quando fit incensio prædictæ materię sine prædi-

Quid flamma accensa sit.

Quid sit dali. i. tiones.

Quid sint capræ saltates.

Acta passione. i. sine scintillatione, eo q̄ materia tota accenditur simul, tunc uocatur dalus. i. tito. Sed qn̄ exhalatio non fuerit continua, sed frequens et dispersa per modicas partes & multis modis, tam secūdam longitudinem, q̄ secundū latitudinem q̄ etiam fm̄ profunditatem, tunc fluit sidera quæ putantur uolare, eo q̄ illa materia cito consumitur & desinit esse ibi ubi prius accensa fuerat, sicut accidit de stuppa si modicum de ea per longitudinem disponatur & accendatur currit enim combustio & ut similibus esse motui alicuius corporis ignei. Sic igitur patet q̄ populū habet de materia flamma accensa mediocriter, propter quod uocatur tiones & capræ, minimum autē stellæ discurrentes & propter hoc frequēter apparent. Sed quia sidera uolantia hnt aliam causam signationis, ideo subiungit q̄ exhalatio exusta a sole generat ea, aliqn̄ autē inspissato aere, ppter frigus, illud quod est ibi calidum inspissatum extruditur inferius et separat ab eo frigido & pp̄ hoc illud inspissatum ignitur & ut stella cadens, propter quod & motus syderum cadentium non assimilatur exhalationi sed projectioni potius.

Sidera uolantia quid sint.

Stellæ cadentes quid sint.

B Dubitauerit enim aliquis, num quemadmodum halitus lucerne subditus ex superiore flamma hinc in inferiorem accenditur (admirabilis enim est iaculationi similis huius quoque est uehementia, sed tamen iaculationi non sic agitur, ut alius atque alius ignis efficiatur) an eiusdem corporis sint discursus.

VICOM.

Dubitauerit n. quispiā: utrum stellarum excursus haud aliter proueniat q̄ lucerne subdita exhalatio & flamma supra inferā lucernā radacendit (mira n. est eiusce rei celeritas ac iactū affinis: nec perinde fieri uideatur: quasi alius ac alius subinde oriatur ignis) an corporis cuiuspiam eiusdem projectionis existant.

VATA.

C Dubitauit utique quis utrū uelut quæ sub lucerna posita exhalatio a superiori flamma accēdat inferiorem lucernā. Mirabilis enim & hmoi uelocitas est & similis projectioni. sed nō in alio & alio facto igne, aut projectione eiusdem alicuius corporis sunt discursus.

ANTI.

LECTIO VII.

De syderum discurrentium in alto motu, rationem, & generationis locum determinat.

Quia assignauit duas causas generationis siderū discurrentium, hic mouet quandam dubitationem circa ea, & circa hoc duo facit, primo mouet dubitationem quæ est utrū discursus syderum currentium fiat hoc modo, sicut cum fumosa exhalatio inferioris candelæ incenditur a flamma superioris candelæ uel lucernæ. Tunc enim videtur ignis descendere cum mirabili uelocitate, & uideatur proiectio unius & eiusdem ignis & nō uideatur quod ignis fiat in alio & alio corpore. Aut secundum ueritatem discursus syderum cadentium sunt projectiones alicuius eiusdem corporis cadentis. Secundo ibi.

Dubitatio.

D Vtroque autem modo existere uidentur. Nam et ita, ut flamma a hinc, accenduntur, et alique clifone quadam, perinde ac è digitis nuclei, iaciuntur, ut et in mare, et in terram, tam non est quàm die, ac celo sereno cadere uisuntur. Deorsum autem iaciuntur, quod densitas, quæ propellit in infernum locum taciatur, qua etiam de causa in infernum locum fulmina decidunt. Horum enim omnium ortus, accessio nō est, sed excretio, quæ fit clifone, quadoquidem et calidum quocūq; que, natura sursum effertur.

VICOM.

Mihi sane uideatur: eos, ppter utrūque fieri. Nā & perinde fiunt: ut flammæ ardentis lucernæ per fumū in extingam irruptio lucernæ efficitur, & nonnulla: & extrudantur: ideo proijci solent, ceu nuclei qui è digitis elabuntur distillantque. adeo ut in terram mareq; deferri tum nosūt: tum interdū cū sudum fuerit, vi-

VATA.

Tho. in meteo, B deantur